

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

SOLVCIANI

DIALOGI ALIQVOT, PER

D. Erasmus uersi, ac à Nicolao Bur
scoducensi, succinctis pariter &
eruditis Scholijs explanati,
recens per eundem dili
genter recogniti.)

*Hadriani Barlandi, in persona
Luciani, distichon.*

*Grecia me genuit, nuper facundus Erasmus
Transtulit in Latium, munere plaudet puer.*

*Leuini Linij Endecasyllabon, ad puer
rum emptorem.*

*Quid queris puer? Atticum salinum?
Hoc paruo dabit ære Lucianus.*

*Quid, fandi Latios petis lepores?
Hos paruo dabit ære Lucianus.*

*Cornelij Graphel, ad Scholasticos tyrunculos;
Iamb. dimet.*

*Hec optimi Tyrunculi,
Vultis tocis incundulis,
Et lusibus satiarier?
Hunc Luciano assuecite,
Ipse & nubes, ipse & trochos,
Ipse & meros lusus habet.*

ERUDITISSIMO IOANNI LACTEO
ludi literarij apud Insulenses moderatori
Ioannes Grapheus S. D.

CVM iam mihi Lacteo, & ipse quoque Chalcographicum
institutissimum officinam, proposui in primis nibil me excusum
surum, praesertim in bonis (quas vocat) literis, quod non
selectum, optimum, castigatumque, & reciputile foret.
Porro ut nibil utilius recipublice iuvet: ut bene instituta, ita
nihil duxi antiquius, que ut noster nouellus hic conatus in hoc
uel maxime defudet, quo nostri preli administriculo tenella & relp.
plantula, ad meliore frugem subinde coalescet, plena aliquo
arbore, dignos se fructus exhibeat. Proinde cum iam totus mihi
dus passim graecissem, non video (multorum etiam iudicio) quid ad
eam linguam descendam magis cōducatur Luciano, bona ex parte
Eras. Ror. intrepice purissima latinitate donato, idque (præterea
que & sententiarum gravitate proposita, & stili amoenitate mire de-
lectet) duplice cōmodo, siquidem dum latine legitur, pure latine
ex eo discutitur, dum uero græcis confertur, facilius ad græca
eruditione puenit. Oportunitissime itaque nactus, a Nicolaio
Buscoducensi bomini in literaria palestra exercitatis. brevia
illa sed sane que erudita in aliquot minores Luciani Dialogos
scholia, per ipsum iam de novo exactissime recognita in publicam
scholasticæ pubis gratia excudere non dubitauit, idque (quod ante
te haud factum constat) decet singulorum uersuum intersticio,
quo scilicet pueri præceptorum prælectiones facilitus annotare
queat. Quidam admodum igitur (ut iam diximus) in Dialogi duplice
et cōmodo per se conducunt, ita iam iterum per nos totidem cōmodis
iuvare possunt, primè quod cēsis scholijs multo castigatores,
deinde quod uersuum interstitijs ad annotandum habiliores
producunt. Eos autem tibi mihi Lacteo dedicare institut, qui cum
Luciani studiosissimus sis, tuis Tyrunculis Lucianica libenter
etiam docere soles. Vale, & me doctiss. utro Aegidio Beccio
Ueruiacæ schola Gymnastarchæ commenda. Ex nostra
officina pridie Idus Octobris. Anno. M. D. XXVII.

CNEMONIS ac DAMIPPI
Dialogus CNE.



Oc illud est quod uulgo dici conso-
sueuit, Hinnulus Leonem. DA.
Quid isthuc est quod tecū stoma-
chare Cnemon? CNE. Quid sto-
macher rogas? Evidē hāredē reliquā quendā p̄a-
ter animi sententiam, uidelicet astu delusus miser, ijs
quos maxime mea cupiebam habere p̄aeteritis. DA.
Sed isthuc quinā euenit? CNE. Hermolaū nobilē illū
dīuitē, quā orbus esset, imminēte morte captabā, affi-
dens atq; inscriuiens. Neq; ille grauatim officiū meū
admittebat. At interim illud quoq; mihi uisum est sci-
tum consultūq; ut testamentū proferre ac publicare,
quo illū rerū mearū in solidū hāredē instituerē, nimi-
sū ut ille uicissim idē faceret, meo puocatus exemplo.
DA. At qd tandē ille? CNE. Quid ille suo in testa-
mento scripserit, id quidē ignoro. Ceterū ego repēte
atq; insperato ē uita decessi, tecti ruina oppressus. Et
nūc Hermolaus mea possidet lupi cuiuspiā i morē ipso

bano cū esca pariter anulo. DA. Imo nō escam modo cum bano, q̄ etiam te quoq; p̄scatorē simul abstulerit. Itaq; tec̄nā istam in tuū ipsius caput struxeras. CNE. Sic apparet, idq; adeo deploro.

- Hinnulus leonē, subandi cepit, vicit, prouocat, aut simile ali⁹ quid. Hoc adagio pulchre vtimur, quū fortiorē superari a debiliori, aut indōctis ceppare cū doctissimo significare voluerimus, vt in prouer. chiliade. i. docet D. Bras. Graece Latineq; luxa doctiss. Et autē hinnulus teste Valla ceruorū, capreoloz̄, dasmarū, leporū, similiū p animalium filius. Rogas. i. interrogas, nā rogare p interrogare vñtarū est. Inde rogatio, & rogatiſciula, interrogatiuncula. Præter animi sententiā. i. contra voluntarē & desideriū, nā præter interdū pro contra capis, & sententia voluntarē, animiq; arbitriū aliquādo significat, & idē est, ex animi sententiā, & ex sententiā, sine ḡto animi. A stu. i. astutia & calliditate. T even. in Eunu. Quod si astu rē tractauit. In seruiens. i. obsequēs, & quasi seruientis officiū præstans. Nam seruire pprie est seruorū, inservire amicorū. Scitū. i. vafrum & egregie bellū, Cōsultū. i. sapientia plenū. Insolidū, integrē, & oīm honorū meorū heredē. Hamus instrumentū quo pisces capiuntur vñco in esca latente a quo p̄scatores hamioze nominant. Itaq; technā istā etc. Adagiū est quo vtendū erit cē dolus in alterū excogitatus in caput auctoris redit. Et t̄xv dicitur a nostris ars seu fallacia. Terē. Parmenonis tā scio esse hanc technam q̄ me viuere. In tuum caput. i. in exitium & tuā ipsius perniciem repperisti.

Zenophante & Callidemida Dialogus.

Zenoph.

AT tu Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse quemadmodū Diuita parasitus quū esset immodiēta ingurgitatiōe præfocatus fuerim nosti: aderas enī morienti. CALLI. Aderam Zenophantes. Porro mihi nouū quiddam atq; inopinatū accidit. Nam tibi quoq;

quocq; notus est Pteodorus ille senex. ZEN. Orbū
illū dicis, ac diuitē, apud quē te assidue uersari cōspī
ciebam. CAL. Illū ipsum semper captabā, colebāq;
id mibi pollicens fore, ut meo bono q̄ primū morere
tur. Verū quā ea res in longum proferretur, sene ui.
delicet uel ultra Tithonios annos uiuēte: compendia
riam quandā excogitauit uia, qua ad hereditatē per
uenire. Siquidē empto ueneno, p̄cillatori p̄suaserā,
ut simulatq; Pteodorus potum posceret, bibebat autē
prolixius, præsentius in calicē inūceret, haberetq; in
promptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iure iurā
do confirmabā, me illum manumissurū. ZEN. Quid
igitur accidit? nā inopinatū quiddā narratus mibi
uideris. CAL. Vbi iam loti uenissimus, puer duobus
paratis poculis, altero Pteodoro cui uenenū erat ad
ditū, altero mibi, nescio quo modo errans, mibi uenes
nū, Pteodoro porrexit inoxiū. Mox ille quidē babit,
at ego protinus bumi porrectim stratus sum supposic
titiū uidelicet illius loco funus. Quid hoc? Rides ZE.
nophanta? Atqui non conuenit amici malis illudere.

ZE. Rideo profecto, nā eleganter ac lepide tibi hēc
res euenit. Porro senex ille qd interim? CAL. Primū
ad casum subitum atq; inexpectatū sane conturbatus
est. Deinde simul atq; intellectus id quod acciderat, pu-
ta pocillatoris errore factū, risit & ipse. ZE. Recte
sane. Tametsi nō oportuit ad compendium illud diuer-
tere, siquidē uenisset tibi populari uulgataq; via tuo
stius certiusq; etiam si paulo serius.

A 8

Parasitus
Orbus

At inceptiva est particula ad ornatū p̄tinens. Naso in trist-
ita exorsus est epistolā: At mea sint p̄prio quis moestissima ca-
su Pectora pro sensu facta serena tuo. Parasitus dicitur qui alio
rum mensas sequitur, homo cibo ventricq; deditus, cuīs gracia
nihil nō patitur & facit. Orbis dicitur q̄cumq; re aliqua chara-
priuatus est, & p̄prie parens amissis liberis: filius etiā priuatus
parentibus orbus dicitur. Captabā ipsum.i. blanditijs eius hę-
reditatē venabar & appetebam. Tithonus Laomedontis fil-
lius, & Priami frater ab aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua
filium Menonē genuit, cumq; longissimam optasset vitam, &
obtinueret, postea in cicadam versus est. Inde thitonios annos
Compendiariū pro longa viuacitate pulchre & surpamus. Compendiarium
atius. viam,i.breuem & expeditā. Cice.in.2.offi.Socrates hanc viā
ad gloriam proximā, & quasi compendiariā esse dicebat. Com-
pendium breuitas, seu breuis via. Pocillator vocabulo perq;
eleganti dicitur poculorū ministrator sive pincerna. Præsens
Pocillator
Promptu
Manumis-
tere

venenum, potens, efficax, quod statim operatur. In promptu.
Promptu rancū in ablatiuo legitur. Habere in promptu, est ha-
bere paratum, sed promptus a um idem est quod ad agendā pa-
ratus. Manumittere est seruo libertatē donare, dominus enim
dum seruū manumitteret, capiti eius manus imponebat, ipsumq;
vertebat dicens: Esto liber. Persius: Heu steriles veri quibus
vna quicquid vertigo facit. Porrectum aduerbiū vngues recte.

Menippi & Tantali Dialogus.

M E N I P P V S

Quid

4

Quid etulas o Tantale, aut quid tuam deplo-
ras fortunā stagno trinincēs? TAN. Quo-
niā siti enecor Menippe. ME. Vsq; adeo piger es atq;
iners, uti nō uel pronus incumbens bibere noris, uel
caua uola hauriens? TAN. Nihil proficeret si pro-
cumbam. Refugit enim aqua simulatq; me proprius ad-
moueri senserit. Quod si quādo bausero, oriq; coner
applicare, prius effluxit q̄ summa rigem labia. Atq;
inter digitos effluens aqua haud scio quomodo rur-
sus manū meā aridam relinquat. ME. Prodigiosum
quiddā de te narras Tantale. Verum dic mibi, istibuc
ipsum quorsum opus est bibere: quū corpore care-
as? Nam illud quod esurire poterat, aut sitire, in Ly-
dia sepultū est. Ceterū tu quū sis animus, quinā post
bac aut sitire queas, aut bibere? TAN. Atqui hoc ip-
sum supplicij genus est, ut aīa pinde quasi corpus sit,
ita silitat. ME. Age hoc ita habere credimus, quādōq;
dē affirmas te siti puniri. At qd̄ hinc acerbi tibi pote-
rit accidere? Nū metuis ne potus inopia moriare? At
equidē haud uideo alieros inferos, si q̄s hos relinquat

neq; locū aliū in quē morte demigret q̄spīā. T. Recte
tu quidē dicas, uerū hoc ipsum supplicij genus est, si
tire quā nihil sit opus. Me. Desipis Tantale, & uti ue
rū tibi fatear, non alio potu uideris egere, q̄ ueratru
mero. Nā diuersum quiddā pateris, j̄s quos canes ra
biōsi momorderint, ut q̄ nō aquā, quē admodū illi, sed si
tim borreas. T. Ne ueratrū quidē recusarim bibere
Menippe, si liceat modo. ME. Bono es aīo Tantale,
certū habēs, nunq̄ fore, ut uel tu, uel reliquorū maniū
quispiā bibat. Neq; enī fieri potest. Quanq̄ nō oībus
quemadmodū tibi poena adiudicata est ut s̄tiāt, aqua
illos non expectante.

Tantalus Tantalus Iouis ex Plote nympha filius, & rex Phrygū fuit, qui dijs Pelopen filiū epulandū apposuit, ob quod facinus in in
fernū a Ioue detrusus hac poena afficit, vt cū sit vīcī ad mentē
in l̄pidissima aqua demersus, & supra nasum arbor redolenti
bus pomis dependeat, sūti tamē & fame cruetetur. Oui. in ibim
Poma pater Pelopis pr̄sentia querit, & idem Semper eget
liquidis, semper abundat aquis. **Pronus** flexus in faciē. Vo
Vola la, media pars manus vel pedis cōcaua. Simulatq; vel simulat
Lydia i. statim, tū, postq;. Lydia regio est minoris aīae, phrygiae ab
Veratrum exortu vicina. Veratrū herba est que alio noīe dicis ellebo
rū, eiusq; genera sunt duo, albū & nigrū. & Plinio teste vīcīq;
cū ad alia multa, tū ad melancholiā remediū est efficax. vnde
puerbio qui parū animo constat, sive insanit, elleborō opus ha
bere dicis, & elleborū bibere sive elleborō se purgare iubet.

Diversum diuersum quiddā etc. de hoc Pli. ca. 2. li. 25. Insanabilis ad
Manes hosce annos fuit rabidi canis morsus paucorē aquaz potusq; oīs
afferēs odīs. Manes dicunt aīe mortuorū & dij inferi.

Menippe ac Mercurij Dial. ME.

At ubi

AT ubinam formosi illi sunt ac formosae Mer.⁵
curi? Ducito me, docetoq; ut pote recens hic
profectū hospitē. MER. Haud mibi licet p ociū Me
nippe, quin tu istibuc ipso ē loco dextrorsum oculos
deflecte. Illic & Hyacinthus est & Narcissus ille,
& Nireus, & Achilles, & Tyro, & Helena, & Leda
breuiter quicqd est ueterū formarū. ME. Evidem
præter ossa nihil video, caluariaſq; carnibus denuda
tas, inter quæ oīa nihil sit omnino discriminis. MER.
At qui hæc sunt quæ poetæ cuncti mirantur ac cele
brant, ossa scilicet quæ tu uideris contēnere. ME.
At Helenā saltē mibi cōmonstra. Nā ipse quidē haud
quædignoscere. MER. Hæc uidelicet caluaria He
lena est. ME. Et huius scilicet ossis gratia, mille nau
es ex uniuersa Græcia, acto delectu, sunt impletæ,
tantaq; tū Græcorū, tū barbarorū multitudo cōflixit
tot urbes sunt euersæ? MER. Cæterū Menippe nō
uidisti mulierē banc uiuā, quod si fecisses, forsitan di
ceres tu quoq; uitio dandū nō esse p tali muliere diu
tolerare labores. Alioq; si quis flores etiā arefactos

marcidosq; contēpletur, posteaq; coloris decus abie-
cerint, deformes nimirū videantur. At iđem, donec
florent, coloremq; obtinent, sunt speciosissimi. M.E.
Proinde illud iā denior Mercuri, si Gracci nō intela-
lexerūt, sese pro re usq; adeo momētanea, queq; tam
facile emarcesceret, elaborare. M.E.R. Haud mibi ua-
cat tecū philosophari, quare delecto loco, ubi cūq; uo-
lis, prosterne temet ac recumbe. Mibi iam alię sunt
traducendae umbræ.

Recens

Recens.i.recēter,nomē p aduer bio. Vergi. Sole recēs orto.

Hiacinthus puer fuit formosissimus ab A polline adamatus, quē

cōille imprudēs disco necasset, in florē rubrū ytit, q etiā vocat

Hiacinthus. Narcissus Cephisi fluminis ex Lyriope nymphā

filius fuit admodū formosus, q cum a multis nymphis amaret &

oēs supē contēneret, tandem cū se in fonte conspicans esset, sua

sp̄sus forma captus contabuit, & in florē purpureū mutatus est.

Achilles Pelei & T ethidis nymphā filius robore & forma

pr̄ter ceteros grecos insignis. Tyro formosissima fuit nym-
pha Salmonei filia ab Enipeo Thessaliz fluvio adamata, & a

Neptuno cōpressa peperit Peliā & Neleū teste Homero in.ii.

O dyse, & Luciano in Dialog. deorū. Leda fuit Tyndari

regis cōiunx, cū qua Iuppiter in formā cygni concubuit, & illa

duo oua p̄tulit, ex quorū vno nati sunt Poltux & Helena, ex al-

tero Castor & Clytēnestra. Caluaria caput mortui carne nu-

dans. Deligere est magis idoneus ad rem agendā secernere, sed

eligere referit vel ad nostrū commodū, vel illius q eligif digni-

tatē, & dicimus ago delectū, & habeo delectū. Alioqui sine n

litera scribendum esse pr̄cipit Caper grāmaticus diligenter illi-

mus, & significat interdum aliter, interdum pr̄terea.

Menippi, Ampbilocī, Trophonī disceptatio.

M E N I P.

V Os nimirū Trophonie atq; Ampbiloche quā
ſtitie

6

sitis mortui, tamē haud scio, quonā modo p̄hanis estis
donati, uatesq; credimint, ac stulti mortales deos esse
uos arbitrantur. T.R.O. Quid? an nobis igitur impu-
tandū si p̄ inscitiam illi de mortuis butusmodi opinan-
tur? M.E. Atqui non ista fuissent opinati, ni uos, tum
quum uiueretis, eiusmodi quædā portenta ostentasse-
tis, tanq; futurorū fuissetis præscū, quasiq; prædicere
potuissetis, si qui p̄contarentur. T.R.O. Menippe no-
uerit Amphilochus hic, ipsi pro se se respondendum
esse. Cæterū ego heros sum, uaticinorq; si quis ad me
descēderit. At tu uidere nunq; omnino Lebadiā adiisse
neq; enim alioqui ista non crederes. M.E. Quid ait?
Equidē nisi Lebadiā fuisset p̄fectus, ac linteis ambo
Etus offam ridicule manu gestans, p̄ angustū aditū in
specū irrep̄fissim, nequaq; fieri potuisset, ut te defun-
ctū esse cognoscere p̄inde atq; nos, solaq; præstigia-
tura reliquos antecellere. Sed age p̄ ipsam diuinādi ar-
tem qd tandē est heros? neq; enī intelligo. T.R.O. Est
qddā partim ex hoīe, partim ex deo compositū. M.E.
Nempe, qd neq; sit hō (quādmodū audio) neq; deus
uerū

*uerū pariter utrumq;. Ergo dimidia illa tui ac diuina
pars quo nūc recessit? TR. Reddit oracula Menippe
in Bæotia. ME. Haud intelligo qd dicas Trophonie
nisi q̄ illud planè uideo, te totum esse mortuum.*

Phanum Phanū templū dicis siue a fauno q̄ teste Probo primus condī-
tor fuit, siue a fando, quia dū pontifex max. templū dedicat cer-
Lebadia ta yba fatur. Lebadia oppidum est antiquū in terra Bæotia,
Trophoniū teste Gellio lib. 12. ca. 5. Fuit autē in Lebadia antrū trophoniū
assum ita ab arrifice cognominatū q̄ cōplures oraculi causa subire cō-
sueverēt sacra stola amicti, placenta q̄p quas lemuribus & serp-
e tibus occurrētibus obijcerent, gestantes, puerbāliter de hoie
vehemēter tristi dicis! In trophonij antrō vaticinatus est, quia
olim creditū est eū qui in trophonij specum descendisset, postea
numq̄ ridere, vt elegāt̄ D. Erasmus literatorū phœnix in chi-
Offa liade prima docet. Offa appellat̄ oīs res, quæ in tumorē cres-
Præstigia scit, vnde frusta carnis offas vocamus, Festus Pomp. offam por-
tura cinam cū cauda offam penitā dicebat. Præstigiatura ars deci-
Bæotia. plendi & eludēdi oculos p̄ incantationē & agilitatē celeritate
aut alio quoin modo. Oraculū responsū. Bæotia regio est
Europæ iuxta Atticam, in ea Thebae ciuitas fuit non cedens
Athenis claritate.

Charontis ac Menippi Dialogus

CHARON.

REdde nauilū scelestē. ME. Vociferare si qui-
dem isthuc tibi uoluptati est Charon. CHA. Redde
inquam quod pro traiectione debes. ME. Haudquaq̄
auferre queas ab eo qui non habeat. CHA. An est
quisq̄ qui ne obulm quidē habeat? ME. Sit ne aliis
quispiā prætereat equidē ignorō. Ipse certe nō habeo.
CHA. Atq̄ præfocabo te p̄ Dite impurissime, ni red-
das.

das. ME. At ego illiso baculo tibi commiruā caput.

7

CHA. Nū ego te tā longo traiectu gratis transuexo-
ro? ME. Mercurius meo noīe tibi reddat, ut q me ti-
bi tradiderit. MER. Belle mecū agatur p Iouē, si qui
dēfuturū est, ut etiā defunctorū noīe psoluā. CHA.

Haud omittā te. ME. Quid tu igitur hac gratia per-
ge ut facis, nauim trabere: quanq̄ qd' nō habeo quinā
auferas? CHA. At tu nesciebas qd tibi fuerit adpor-
tandū? ME. Sciebā quidē, uerū nō erat. Quid igitur?
nū ea gratia erat mihi semp i uita manendū? CHA.

Solus ergo gloriaberis te gratis fuisse transuectum?

ME. Haud gratis, o præclare, si quidē & sentimā ex-
hausi, & remum arripui, & uectorū omniū unus nō
eiulau. Cha. Ista nihil ad nauilū, obulū reddas opor-
tet, neq; enim fas est secus fieri. ME. Proinde tu me
rursum in uitā reuache. Cha. Belle dicas, nimirum ut
uerbera etiā ab Aetaco mibi lucrifaciā. ME. Ergo mo-
lestus ne sis. Cha. Ostende qd habeas in pera. ME.
Lupinū si uelis, & Hecate cœnā. Cha. Vnde nobis
bunc canē adduxisti Mercuri? tum qualia garriebat
inter

*inter navigandū? uectores oēs irridens ac dīcterūs
incessens, unusq; cantillans, illis plorantibus. MER.
An ignoras Charon, quē virū transuerteris? plane li-
berū, cuiq; nibil omnino curē sit. Hic est Menippus.
Cha. Atq; si unq; posthac te recepero. ME. Si rece-
peris, dō præclare, ne possis quidē iterū recipere.*

- Charon.** Charon noctis & herebi filius, tria inferni flumina seu palu-
des obseruare dicit, puta, Acherontē, Stygē, & Cocytū, & ani-
mas mortuorū ad profundū herebi transuehit, quē Verg. in. 6. pul-
chre describit. Portitor has horrēdus aquas & flumina seruat.
Terribili squalore Charon, cui plurima mēto Canicies inculta
iacet, stant lumina flamma, Sordidus ex humeris nodo depē-
det amictus, Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat, Et fer-
ruginia subuectat corpora cymba Iam senior sed cruda deo vī-
ridisq; senectus. Naulū preciū quod nautæ p. vectura solvit.
Naulom Traiectū Iuue. Furor est post oia p̄dere naulū. Traiecte. i. transue-
re siue transportare. Inde traiectus locus vbi hoies & restra-
ciuntur, een veer. Hand quād auferre queas ab eo q. R̄tiā ad
hāc sententiā ptinet illud adagiu qd' usurpat Plaut. in asinaria:
Nudo derrahere vestimenta me iubes. Nū ea gratia, quasi di-
cat nō. Significatio huius monosyllabæ num est fere eadē que
an, sed subintelligif nō. Teren. in Andria: Vide nū eius color
pudoris signū vsq; indicat. q. d. nō. Sentina locus est in imā na-
ut ad quē iordes vndiq; defluit, & aqua ipsa in imā nauī. Vt, se
quēre relatio pulchre capiā, p. quippe siue vīpote. Quinti. Nec
ignoro igit̄ quos transeo, nec vīcī damno, vt q. dixerim esse in
oībus vīlilitatis aliquid. Vector significat & eū q. vēhit, & eū q.
vehitur. Hecate triformis vībrarū est dea sic dicta, vel q. cen-
tū victimis placeat, vel q. centū amos faciat errare inseptitor.
Tottell. & plerici alij putant eandē esse cū Proserpina, verō
Lucianus a Proserpina Hecate in necromantia separat. Per
coenā Hecate vīlē & parcā intelligas. Nā vībræ vīdilitat mal-
na & aspodelo vīlissimis herbis, præterea menades pisces, &
trigla in delitijs esse Hecate atq; illi sacras testatur Atheneus
li. 7. Nā hi pisciculi vīlissimi sunt, & trigla etiā a ternione dicit̄
q. numerus Hecate sacer est. Ira me docuit yndecunq; doctissi-
mus Erasmus. Dichteria scribit Macrobius oīa quē facete,
& breuiter, & acute dicunt, ea dichteria appellari.

CRA

Mœrichū diuitē noueras ne Diogenes? illum
inquā supra modū diuitem, illum Corintho
profectum, cui tot erant naues onustæ mercibus, cuo
ius consobrinus Aristeas, quū ipse quoq; diues esset,
Homericum illud in ore solebat babere: Aut me con
fice tu, aut ego tete. DIOGE. Cuius rei gratia sese
captabant inuicem Crates? CR. Hæreditatis causa,
quam essent æquales, uterq; alterum captabat. Iamq;
testamenta publicauerat ambo, in quibus Mœrichus
(si prior moreretur) Aristeam omnium rerum sua
rum dominum relinquebat, Mœrichum uicissim Aria
steas, si quidē ipse prior è uita decederet. Hæc igitur
cum essent in tabulis scripta, illi inter sese captabat;
¶ alter alterum adulationibus, obsequijsq; superare
contendebat. Porro diuini, haud scio utrum ex astris,
id quod futurum sit coniectantes, an somnijs, quemad
modum Chaldei factunt, quin & Pythius ipse, nunc
Aristeam uictorem fore pronunciabat, nunc Mœrict
bum, ac trutina quidem interim ad hunc, interim ad
illum

illum ppendebat. DIO. Quid igitur tandem evenit?
Nam audire est opere preclum Crates. CR. Eodē die
mortui sunt ambo. Cæterū hæreditates ad Eunomiū
ac Thrasylle deuenirūt, quorū uterq; cognatus illis
erat. At qui de his nihil prædixerāt diutini futurū, ut
tale quippiā accideret. Etenī quū Sycione Cirrham
versus nauigarēt, medio in cursu oblique orto iapige
eo sunt depulsi. DI. Recte factū. At nos cū essemus
in uita, nibil eiusmodi alter de altero cogitabamus.
Neq; enī ego unq; optabā, ut moreretur Antisthenes,
quo nimirū baculus illius ad me rediret hæredē (ba-
bebat aut egregie validū) quē ipse sibi parauerat olea
ginū: neq; tu Crates opinor defyderabas, ut me mor-
tuo, in possessionū mearū successionem uenires, puta
doliū, ac perā in qua qdē lupint Chenices inerāt due.
CR. Neq; enī mibi quicq; istis rebus erat opus. Imo
ne tibi quidē Diogenes, siquidē quæ ad rē pertinebāt,
quæq; tu Antistheni succedēs accepisti, deinde ego
succedens tibi, ea nimirū multo sunt potiora multoq;
splendidiora, q; uel Persarū imperiū. DI. Quænā sunt
ista

ista que dicas? CR. Sapientia in qua frugalitate, ueritatem, libertatem. DI. Per Iouem memini me in istiusmodi opum hereditatem Antistheni successisse, tibi quod cas longe etiam maiores reliquisse. Cr. Verum reliquias mortales hoc possessionum genus aspernabantur, neque quis nos ob spem potius hereditatis obsequiis captabat, sed ad aurum oculi intendebat oculos. DIO. Nec iniuria Neque enim habebant, quo facultates eiusmodi a nobis traditas acciperent, quippe rimosi iam uitiationis delitijs, non aliter quam uasa carie putria. Quo sit ut si quis in illos infundat uel sapientiam, uel libertatem uel ueritatem, effluat illico perstilletque fundo quod immissum est continere non ualere. Cuiusmodi quoddam Danai filiabus aiunt accidere, dum in dolium pertulsum haustam aquam importarent. At iudei aurum dentibus et unguibus, omnique ut seruabant. Cra. Proinde nos hic quoque nostras possidebimus opes. Illi similes atque buc uenerint, obulum distinxat secum ferent, ac sic hunc quidem ulterius quam ad portitorem.

Corinthus urbs fuit achaiae in faucibus istmi sita. Conso- Corinthus
brini proprie dicuntur duarum sororum filij, sicut patrueles duorum Cibosbrini
B fratum.

Equales	fratris filij, q̄ vero ex sorore & fratre progeniti sunt, amicim̄ vocant.
Chaldea	Equales dicunt qui eorundē sunt annorū. Teren. in Adel. Amicū nostrū similem atq̄ xqualē. Chaldea regio est A fr̄e Arabizē cōtermina, iu qua Babylon ciuitas magna fuit. Chaldei primo siderū obseruatione futura prædicere solebāt, & postea vanitate eorū aucta artibus quibusdā & maleficijs scire se ola, & posse profitebantur. Pythius vñ est ex cognomentis Apollinis a pythonē serpente, q̄e interfecit. Trutina idē est quod statuta, Inde trutino & trutinor deponēt. Petersus. Atq̄ expotrecto trutinantur verba labello. Operæpre ciū. i. fructuolum & utile. Sic Iauē. Est operæpreciū penitus cognoscere toto Quid faciant agitentq; die. Sicyon fuit Plinio teste Achiax oppidū. In Sicyone spectatissima quondam Occasionis imago extitit authoris lysippi. Cyrtha teste Strabone in. ix. Vrbs est vetusta sub cirphīn Pernassi rupē ad mare locata, e regione Sicyonis posita, ab qua incipit ad Delphos ascensio, ibi est antrū cyrrheū phebi oraculo celeberrimum.
Iapix	Iapix ventus est occidentalis, q̄e Gel. caurū sive corum esse putat.
Lupinus	Lupinus legumē est teste Plin. Homini & quadrupedum generi vngulas habenti commune, & vt homini in cibo sit aqua macerat, & circāagitur quotidie cū sole horasq; agricollis etiā nubilo demonstrat. Chenix est cibi diurni mensura, vnde Pitagorē dictū est choenix ne insidias, quo admonemur ne de vīctu in crastinū sumus solliciti. Rimosi. i. pleni rimari ola effūtiētes, hīc Parmeno Terētianus dixit de se plenus rimarū sum, sunt autē rimæ hiatus angustiores & fissuræ in re q̄ rūpi incipit, Inde rimari inquirere. Danaus beli prisci filius ex pluribus chīgib⁹ quinquaginta filias habuit, q̄e cum quinquaginta filiis Egipci fratrib⁹ Danai nupſissent eos oēs vna nocte interfecerunt præter Hypmestrā q̄ae Lino viro suo percit, ob quod nephias hac poena finguunt apud inferos dānatæ Danaides, vt affidine in urbis fundo carentibus haurire aquā cogant. Portitorē. i. Charontē. Portitor enī dicis q̄ vehit homines de littore ad litus, vel de naui ad litus. Abulue etiā portatur Portitor dicis sicut vector teste Serasio.
Portitor	Nirei & Therſite NIR.

Ecce deniq; uel Menippus hic iudex erit, uter nostrum sit formosior. Dic Menippe, an nō tibi uis deor forma præstantior? ME. Imo quinam sitis, prius arbitror indicandum. Nam hoc opinor scito est opus.

opus. NIR. Nireus ac Thersites. ME. Vter Nireus,
 uter Thersites? nondū enim uel hoc satis liquet. TH.
 Iam unū hoc uinco, q̄ tibi sum similis, neq; tanto p̄e-
 re me præcellis, quāt opere te cæcus ille Homerus ex-
 tulit, unū oīm formosissimū appellans. Quid ego fa-
 stigiato uertice rarisq; & impexis capillis ille, nihil
 te inferior uisus sum arbitro. Iam uero tēpus est, ut
 pronuncies Menippe, utrū altero formosiorē existi-
 mes. NIR. Mirū ni me Aglaia Charopeq; prognatū
 qui uir pulcherrimus unus oībus ē gratijs priuata
 ad Pergama ueni. ME. Atqui non itē sub terrā op̄i-
 nor pulcherrimus uenisti, quippe q̄ reliquis quidē os-
 fibus, alijs appareas assimilis, porro caluaria hoc uno
 insigni à Thersite caluaria dignosci possit q̄ tua de-
 licata est ac mollicula. Quandoquidē isthuc babes ef-
 foeminatū ac neutiquam uiro decorū. NIR. Attamē
 Homerum percontare qua sp̄ecie tum fuerim quum
 inter Græcorū copias militarē. ME. Tu quidē som-
 nia mibi narras. At ego ea sp̄ecto quæ video, quæq;
 tibi adsunt in præsentia. Ceterum ista norunt, qui

id temporis nubebant. NIR. Quid igitur tandem. An
non ego hic formosior Menippe? ME. Neq; tu neq;
quisquam altius formosus hoc loco. Siquidem apud
inferos aequalitas est, paresq; sunt omnes. THER.
Mibi quidem uel hoc sat est.

Nireus . Nireus erat oīm Græcorū qui ad Troiam nauigauerūt spe-
T h e r i t e s , c i o f f i m i s , i n f r a t a m e n Achillē, sed erat imbellis Therites
teste Homero in. 2. illatos fuit fecundissimus oīm q ad Troiā nau-
igauerūt, altero oculo strabone, altero pede claudio, angustissi-
mis humeris, & ad pectus usq; contractis, vertice acuminato, rā-
ro capillario. Opus est scito. i. scire, participiū præteriti tpiis
ablatiū casus elegāter pro infinituo iungif his noībus opus &
vīlus. Homerus fuit oīm Poetarū clarissimus atq; adeo paup-
erū lumenib; zegritudine amissis, nō esset illi vnde sumptus pe-
ero a quo ducere fū impenderet, cuius patrī fuerit maxime dis-
sensuū est, vñ teste Gellio sept̄ v̄rbes certā de stirpe insignis
Homeri. Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Ar-
gos, Athenæ. In Chio autē insula deceffit & sepultus est, vt in
Gelliū notauit Iacobus Bononiensis homo impense doctus.

Chio
Somniā. Somniū est quod in somnis videre videamus, vñ puerbaliō-
ter somniū & somnia rē futilē, manē, & nihil dicimus. Terē.
in A delph. de argēto somniū. Id tēporis. i. eo tpi, venustrissi-
me enī sic vñimur id tēporis p. eo tēpore. Gelli. Si libri copia
fuisset id tēporis, Cice. Ad me vētueros esse id tpi sp̄g dixerā.

Diogenis ac Mausoli. Diog.

O He tu Car, quare tandem insolens es tibi
places, ac dignum te credis, qui unus nobis omnibus
anteponare? Mau. Primum regni noīe ô tu Siopen-
sis, quippe qui Cariæ imperauerim uniuersa præte-
rea Lydiæ quoq; gentibus aliquot. Tum autem & in
sulas nonnullas subegerim Miletū usq; peruenierim
placisq;

plarisq; Ionie partibus uastatis. Ad hæc formosus:
eram ac procerus, ac bellicis in rebus præualidus. Po-
stremo quod est oīm maximū, in Halicarnasso monu-
mentum erectū habeo singulari magnitudine, quantū
uidelicet defunctorū alius nemo possidet, neq; pari-
etia pulchritudine cōditū, uiris uidelicet atq; egs, pul-
cherrimo ē saxo uiuam formā absolutissimo artificio
expressis, adeo ut uel phanū aliquod simile haud faci-
le quis inueniat. Nū iniuria tibi uideor has ob res mi-
bi placere atq; efferri? Dio. Num ob imperiū aīs, ob
formā atq; ob sepulchri molem? Mau. Per Iouem ob
hæc inquā. Dio. At qui oī formose Mausole neq; ui-
res iā illa, neq; forma tibi iam adeſt. Adeo ut si quē
arbitrū de forme præcellētia delegerimus, haud qua-
q; dicere potis sit, quamobrē tua caluaria mea sit an-
teferenda, siquidē utraq; pariter, tū calua, tum nuda,
utriq; dentes pariter ostendimus, pariter oculis or-
bati sianus, pariter naribus simis ac sursum biantis
bus deformati. Cæterū sepulchrū, ac saxa illa precio-
sa Halicarnasseis forsitan iactare licebit, et hospit-

tibus glorie causa ostentare tanq; qui magnificam quandam apud se structuram habeant, uerū qd hinc cōmoditatis ad te redeat uir egregie nequaq; video, nisi forsan illud commodum uocas quod plus oneris atq; nos sustimes sub tam ingentibus faxi pressus ac laborans. Mau. Ita ne nibil illa mihi conducunt oīa? pianeq; pares erunt Mausolus ac Diogenes? DIO. Imo haud pares inquam uir clarissime. Nam Mausolus discruciatitur quoties earū rerū in mentē ueniet quibus in uita florere consueuit. At Diogenes interim eum ridebit. Atq; ille quidē de suo illo monumento quod est in Halicarnasso memorabit, ab uxore Artemisia, atq; sorore parato, contra Dionesge ne id quidē suo de corpore nouit nunq; habeat sepulchrū Neq; enī illi res ea curae est, uerū apud uiros excellētissimos sui memoriā famāq; reliquit, ut qui uitā peregerit uiro dignam tuo monumento Carū abico.

Celissime, celsiorem actutiore in loco substructam

Caria regio est minoris A sīe inter Lyciam & Ioniā, inde Car caros alijs de caria, cuius foeminitū est caiera teste Raphael Regio in 4. metamor. Ouidij. In Caria regnauit Mausolus, quē vxor ita amasse dicitur, vt cineres eius cō odoribus mixtos biberit. Sepulchrū præterea redificauerit tam egregijs ope

operibus ut inter septē orbis miracula cōpetetur: quod Māusoleū
leū nuncupatur. Sinope es, vrb̄s fuit Cappadociae, & patria
Diogenis, vtdocet Pomponius. Ionia regio est in extremis. Sinope
tare minoris Asiae, media inter Cariā & Aeoliā, cuius regio Ionia
nis Miletus vrb̄s caput est. Halicarnassus metropolis est Cā Haicat-
rīz regionis, in qua nobile Māusoleū extat. Quoties & to' nassius.
ties sine n̄ scribi Caper grāmaticus prēcipit. Barum rerum
in mentem venit, sene q̄ eleganter dicitur, & subauditur re-
cordatio, qualitas, status, memoria, aut aliquid simile ut vult
Valla. Cicero. Cum illius dic̄ mibi in mentem venit, dicimus
etia, in mentem venit de illa re.

V Symili ac Polystrati. SY.

Enisti tandem & tu Polystrate ad nos, quam
annos uixeris haud multo pauciores centum opinor
PO. Nonaginta octo Symile. SY. Sed quinam triginta
ta istos annos egisti, quibus mibi fueras superstes?
Nam ipse perij te ferme septuagenario. PO. Quād
suauissime profecto, etiam si hoc mirū tibi uidebitur.
Sy. Mirum uero, si quidē tibi primum seni, deinde ina-
ualido, postremo etiam orbo quicq̄ poterat esse in uie
ta suave. PO. Principio nihil erat quod non possem,
præterea pueri formosi complures aderant, tum mu-
lieres nitidissimae, unguenta, uinum nire fragrans,
postremo mensæ uel sicutis illis lautores. SY. No-
ua narras, nam ego te planè sordidum ac parcissimum
esse sciebam. PO. Atqui uir præclare, ex alienis ar-
cīs opes mibi subscalebant, tum diluculo protinus.

¶plurimi mortales ad fores meas uenitabant, simulq;
ex omni rerū genere que terrarū ubiuis pulcherrime
reperiuntur, munera deportabantur. Sy. Nū me deo
functo regnum gessisti? PO. Minime, uerū amantes
habebam innumeros. Sy. Non possum non ridere. Tu
ne amantes, tantus natu quū essem, uixq; tibi dētes su
peressent quatuor? PO. Habebam per Iouē equidem
optimates ciuitatis. Quanq; essem tū senex, tum cal
uus sicuti uides, præterea lippicēs etiā ac senio cæcu
tiens, postremo naribus mucosis, tñ cupidissime mi
hi inseruiebant adeo ut is felix uideretur, quācumq;
uel aspexissem modo. Sy. Nū tu quoq; quemadmodū
Phaon ille, Venerem aliquam ē Chio transuexisti,
ut ob id optanti tibi illa dederit, rursum ad iuuentam
redire, ac denuo formosum atq; amabilem fieri? Po.
Haud quaq;. Quin magis quū talis essem, quale dixi,
tamen supra modum adamabar. Sy. Aenigmata nar
ras. PO. Atqui notissimus est hic amor, quam vulgo
sit frequens, nempe erga senes orbos ac diuites. Sy.
Nunc tua forma unde tibi profecta fuit, intelliga
uit

13

uir egregie, nimirū ab aurea illa Venere. PO. Verū
tanī nō parū multas cōmoditates ab amantibus tulli
Symile, propemodū etiam adoratus ab illis. Porro se
pius etiā quasi procax illis illudebam, excludēs inter-
dum nonnullos eorū. Interim illi inter sese decerta-
bant & in ambiendis primis apud me partibus, alium
alius anteire nitebatur. Sy. Sed age de facultatibus
tuis quid tandem statueras? PO. Palam quidē affirma-
bam: me unumquēq; illorū relicturū hāredem. Idque
illi cū crederent futurū, certatim se quisq; obsequen-
tiore atq; adulantiorē præbebat. Cæterū alteras il-
las ueras tabulas, quas apud me seruauerā, reliqui, in
quibus oēs illos plorare iussi. Sym. At postremā ille
tabula, quē pronūciabant hāredē? Num è cognatis
quēpiam? Po. Nō per Iouē, Imō nouitiū quendam ex
formosis illis adolescentulis natione Phrygem. SY.
Quot annos natum Polystrate? Po. Viginti ferme.
Sy. Iā intelligo qbus obsequijs ille te demeruerit. Po.
Attanī multo illis dignior, q scriberetur hāres, etiā
si barbarus erat ac pditus. Quē iam ipsi etiā optima

*ses colunt captantq;. Is igitur mihi extitit hæres.
Iaq; inter patricios numeratur, subraso mento baroq;
baroq; cultu ac lingua. Quim eū Codro generosiorē
Nireo formosiorē, Vlysse prudentiorē esse prædicat
Sy. Non labore uel totius Greciæ sit imperator, si
libet modo ne illi potiantur hæreditate.*

Sicula mensa	<p><i>¶ Sicula mensa prælauta atq; opipera dicebat, vnde Plato de rep.lib.3. syracusanā amice mentam & siculā in obsonijs vari eratē nō videris approbare, vt D. Erasmus cēturia.2. chilia dis.2. Natu.i.natiuitate & ætate, abliūs solus in vsu eſt teste Seruio. Muccus eſt nariū immūdices, inde muccosus mucco plenus & obſitus. Phaon traiciēdis viatoribus de tripa in rā pam vīctā ſibi queritauit, cūq; ſemel Venerē nulla pmissa mercede tranſuexiſſet ignorās quod dea eſſet ab ea alabuſtrā vnguēto plenā mercedis loco accepit, quo cū ſe punxiſſet formoſiſſimus oīm mortalīs apparuit, atq; a Sapho poetriꝝ celebre rima adamatus, poſt tanū moechus interfectus eſt Chios iſu la eſt in mari ægæo lesbo vicina, quæ paruo freto ab Asia diuidit. Procax.i.proterius & cōtumeliosus. Procari veteres petere dicebant, vnde procax impudens in petēdo & laſciuſ ſue libidinosus, & q; impudicæ mulieres ne verbis quidē tur pibus & mordacibus ahſinēt. Procacia contumelia dicif & procax cōtumeliosus & proterius. Phryx gis vir ex Phrygia. Eſt autē Phrygia regio minoris Asiae, & in ea eſt Troia priuincia, cuius caput Ilium fuit olim regia Priami. Fœmina vero dicif phrygia. Virgi. O veræ phrygiæ. Demeruerit, deuinixerit, & de te bene merēdo obligauerit, nā demereri eſt meritis obligare. Quinti. Ut pleniori obſego demererer amātiſſimos mei. Nec capif demereri, p malefacere, vt vulgus patet, ſed cōmerenint mala, merentur bona, ut vult Dona. Perditus dicif q; in omne ſcelus eſt traditus teste Valla. Nam p in cōpoſitione aliqui capif in malū. Iuue. Sarv.8. Libera ſi denē populo ſuffragia quis rā Perditus vt dutiitet Senecā p̄fere Neroni. Inter patricios, Patricij dicauit, pgenies ſenatorum q; patres, vel ab ætate, vel a curæ ſimilitudine appellabantur. Plebei autē patricijs opponebant. Codrus Atheniensū dux cū bellū eſſet cū Laconihs, extaretq; oraculū illos posse vincere, quorū dux in bello caderet, ſumpta humili veste iuxta hostilia caſtra iurgio hostes ſic laceſſiuit, vt incognitus necaretur haec Scruſ, vnde liſtes cognito Codri corpore p annulā quē geſtabat, ſue p̄ſilio diſceſſerunt. Hinc cū quēpiam generobilli</i></p>
Muccus Phaon	
Chios Procax	
Phryx	
Demeritor	
Perditus	
Codrus	

num significare volumus, dicitur Codro generosior.
Veneris & Cupidinis. VE.

Quid tandem in causa est Cupido, ut quoniam relatio
quos deos ois adortus expugnaris, Iouem ipsum, Ne-
ptunum, Apollinem, Iunonem, me denique matrem, ab una
Minerua temperes, utque aduersus hanc nec ullum ha-
beat incendiū tua fax, & iaculis uacua sit pharetra,
tum & ipse arcu carcas, neque iaculari noris? CVP.
Evidenter hanc metuo mater, est enim formidabilis trucu-
lentoque aspectu, ac ferocitate quadam supra modum ui-
rili. Proinde si quoniam tenso arcu petam illam, galea & crista
quatiens, expauefacit, moxque formidine tremere occi-
pio, sic ut arma mihi e manibus excidant. VE. At qui
Mars an non erat bac formidabilior? Et hunc tamen suo
peratus exarmasti. Cu. Imo ille cupide me recipit, atque
ultra etiam inuitat. Verum Minerua semper adactis suo
percilijs obseruat. Quin aliquoniam temere ad illam adiuola
ui facere propius admouens. At illa, siquidem ad me ac-
cesseris inquit, per parentem Iouem quo uis modo te co-
cero, aut lanceate transfigam, aut pedibus arreptum
in tartara dabo praeципitem, aut ipsa te discerpam
pluri-

plurima itē id genus cōminabatur. Ad hēc ac rībus
obtuetur oculis, postremo & in pectore faciē quan-
dam gestat horrendā uiperis capillorū uice comatam.
Hanc nimirū maximopere formido. Territat enī me-
fugioq; quoties eam afficio. VE. Esto sane Miner-
uā metuis ut aīs, atq; huius gestanč gorgona refor-
midas, idq; cū Iouis ip̄ius fulmā nō formidaueris. Ce-
terū Musæ quā ob causam abs te nō feriuntur, atq;
ā tuis taculis tutæ agunt? Nū et hēc cristas quatunt
aut gorgonas prætēdunt? Cu. Has qđē reuerērō ma-
ter. Sunt enī uultu pudico ac reuerēdo, præterea sp̄
aliquo tenētur studio, sp̄ cantionibus àm intentū ge-
runt. Quim ip̄se etiā non raro illis assisto, carminis
suauitate delinitus. VE. Esto nec has adoriris, pro-
p̄terea q; sint reuerēdæ, at Diana qua tandē gratia
non vulneras? CV. Ut breuiter dicā, hanc ne depre-
bendere quidē usq; sum potis quippe ppetuo p̄ mons-
tes fugitanc. Ad hēc alterius cuiusdā sui cupidit-
atis illa tenetur cupidine. VE. Cuius & gnate? Cu. Nē
pe uenatu ceruorū & bimulorū, quos insectatur ut
capiat

15

capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerū huius-
modi studio tenetur. Tametsi fratrē eius, qui nimirū
arcu ualeat, & ipse feritq; emimus. VE. Teneo gnate
cum s̄a penumero sagitta vulnerasti.

Cupido Martis & Veneris fuit filius, quē delusi veteres in Cupido
gentis potētiae amoris esse deū voluerūt. Pingebatur puer im-
berbis, cæcūs, alatus, facem gestans & sagittas, quarū vna cus-
pide aurata vulneratos ad amorē, altera plūbea ad odiū impel-
lit, quorū oīm rationē pulcherrimis versibus Pius pontifex &
Marullus ingeniosissime cōplexi sunt. Iuppiter, Iuno, Nep-
tunus, & Pluto Saturni & opis filij fuerūt. Verū Iuppiter Iu-
nonē fororē suā eodē secū partu xditā vxorē duxerat, & cum Iuppiter
Plutone Neptunoq; fratribus regnū partitus, olympū sibi reser-
uans habitauit, q; insignis stupris & adulterijs fuerit, nō ipse tan-
tū sed & reliqua gentiliū decorū caterua poetarū carmina pio-
nant, & numeroſa ex varijs mulieribus suscepta soboles docet,

Apollo Louis & Latona filius a poetis dicitur medicinæ ars Apollo
tis repertor, diuinitatis deus, & misericordia præses. Minerua sa- Minerua
pientiæ dea, & omniū bonarū artiū inuentrix appellatur. Hanc
dicunt poetae Louis filiā sine matre, ita q; cū Iuppiter videret
Junonē vxorē suam nō ferentē liberos, percussio capite armatā
Mineruā emisit. Quid. in. 3. Fast. An quia de capitib; fertur si-
ne matre paterni Vertice cū clypeo prosluſſe suo. Eadē diciē
belli inuentrix & princeps, hanc toruā oculis, & armis insigne
longāq; hastā cum cristallino clypeo in quo erat caput Medu-
ſe ferre dicunt poetae. De qua re talem fingunt poetæ fabulam
Medusa vna gorgonū cū a Neptuno in templo Mineruæ stu-
prata est, irata dea ne tantū crimē inuitū maneret, crines eius
quibus Neptuno placuerat, in angues vertit, dedicq; vt ea aspi-
cientes in faxa verteſt̄ur. Hanc postea Perseus, Louis Dana
etcq; filius, acceptis talatibus & falcato ense Mercurij, itē scuto
Palladis, Medusam vnicō iſtu interremit. Vnde Pallas vt ter-
ribilior hostibus videretur, Gorgonis caput in suo clypeo ge-
stauit. Quid. Gorgoniū crinē turpes mutauit in hydros. Nunc
quoq; vt attonitos formidine terreat hostes Pectore in aduer-
ſo, quos fecit sustinet angues. Pharetra theca sagittarū. Inde Pharetra
Cupido pharetratus dicit. Supcilijs. Ciliū est superius oculū Superciliū
operimentū. Inde superciliū infima pars frōtis quæ præminet
oculo, & quonia illo multis modis animū indicamus, ponit pro
grauitate, & etiā superbia. Minerua ergo supcilijs adductis. i.
constrictis, quod irati factitant, obseruat. i. notat & custodit at-
tentissime ne amoris iaculo se feriam. Temere aduerbiū est Temere
qua

qualitatis, significans stulte, Inconsiderate, sive sine causa. Seneca in octa. Nihil in propinquos temere constitui decet, Qui post Ciceronem nati sunt temere pro fere acceperunt, teſte Valla.

Tartarus

Tartarus proprius est locus insimus infernum. Musae ut dicit Hesiodus ex Ioue & Mnemosine hoc est memoria narare sunt, & sunt noue quarum nosa & inuenta sic percurrit. Verg. Clio historias inuenit. Melpone tragedias. Thalia comedias, Euterpe tybias, Terpsichore psalterium, Erato geometriam, Calliope literas, Urania astrologiam, Polymnia rhetorica. Diana Iouis filia ex Latona eodem partu cum Apolline nata dicitur, quod virgininitatis studio, hominum consortia fugiens sylvas incolebat venationi intenta, quare cum arcu & pharetris illam incessuisse scribunt poetae. Verg. Illa pharetram fert humero. Plurima id genus sane quod eleganter, prius generis plurima dicimus, & oē genus post eius generis, unde Gel. scriptus Aristoteles libros esse elegantiam. Omne genus referuntur. Tametsi fratrem eius subaudierio in cuius amoris, est enim apophysis.

Tametsi

Martis ac Mercurij. Mars

Audistim Mercuri cuiusmodi nobis minatus sit Iuppiter, quod superba? quamque dictu absurdum? Ego, inquit, si uoluero, catenam ex aethere demittam, unde si uos suspensi me uia detrahere conemini luseritis operam. Nunquam enim me deorsum trahetis. Contra, ego si uos uelut in altum attrahere, non uos modo uerum etiam terram ipsam, terram mare pariter subiectum in sublime sustulero. Ad haec alia pmulta que tu quoque audisti, At ego siquidem cum uno quolibet singulatim conferatur ita praestantiorum eum esse, viribusque superiorum, hanc quaque negauerim, uerum unum tantum multis pariter in tantum antecellere, ut cum ne poterem quodlibet vincere que amus etiam si ter-

16

Si terrā ac mare nobis adiūxerimus id neutiq; credide
ri. Me. Bona uerba Mars. Neq; ei sat tutū est ista lo
q; ne qd forte mali nobis hæc petulatia cōciliet. Ma.
An uero credis apud quēlibet hæc dicturum me? Imo
apud te solū id audeo, quē linguae cōtinentis esse scie
bā. Sed quod mihi maxie ridiculū uidebatur, tū quum
hæc minitantē audirē, haud quē apud te reticere, etc
nū meminerā, quū nō ita multo ante Neptunus, Iu
no, ac Pallas, mota aduersus eū seditiōe machinaren
tur cōprehensum illū in uincula cōycere, quāt opere
formidarit, utq; in oēm spēciē sese uerterit. Idq; cū
tres dūtaxat essent dīj. Quod ni Thetis misericordia
cōmota, Briareū Centimanū illi auxiliatū accersiuis
set, ipso pariter cū fulmine ac tonitru uinctus erat.
Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magniloquē
tiam, iactantiāq;. Mer. Tace, Bona uerba. Neq; enim
tutum est ista uel tibi dicere, uel audire mihi.

Mars bellī deus, Iunonis fuit filius absq; patre, vt scribit Mars
Quid. i Fast. Nā Iuno cōmota q; Iuppiter absq; muliere Mi
neruī cōcussio capite emississet ad oceanū perrexit cōsiliū sump
tura quo pacto & ipsa sine viro cōcipere posset, sed in itinere
et desedisset lassa a dea flora vxore zephiri est edocta in cam
pis olenijs florē esse q; tacto repete cōciperet, id postq; fecisset
Marte cōcepit, et pugnit, hic deus tā dirus atq; cruētus ic̄er alias
multas

Contra

multas Venerē adamavit, & Cupidinē genuit. Lus eritis operam hoc est inaniter laborabitis, Teren. in Phor. In illis opera luditur, hoc est perditur & frustra, & est puerialis locutio in laborante inaniter. Contra. I. ediuerso econtrario. Et est aduerbiū. Virg. in. 1. xeneid. Sic Venus & Veneris contra sic filius orsus. A hqfi etiā cōtra aduerbialiter capitū & significat ex opposito, ec̄b̄tra purant doctiores latine nō dici. Briareus fuit Titanis & Terræ filius fraterq; Cottī & Gygis centimanus Louisq; amicus, de quo Theodosius talem fabulā res fert, q; commoti dīj aduersus Louē Juno pura & Nuptinus vna cū Pallade in domo Nerei patris Thetidis deliberauerū casthenā facere & dormienti Loui insūcere, quod Thetis Nerei filia & mater Achillis coelū ascendēt Loui retulit, & secū Briareum Loui auxiliū adduxit, quē cū vidissent coniurati, eo q; fortissimus astimaretur, confestim a coepis desistere, & sic defensus est Juppiter. Latini aut̄ poetæ scribūt Briareū Louis & deorū hostē infestissimū fuisse, eunq; in foribus inferni excubias agere, ut scribit Verg. in. 6.

Mercurij & Maiae.

MER.

Est uero mater deus quisq; in cælo me miserior MA. Caeue ne quid istiusmodi dixeris Mercuri. Me. Quid nō dicam? q; quidē tantū negociorū solus sustineam, q; bus delassor in tam multa ministeria distraetus? Nā mane protinus surgendū est mibi, statimq; uerrendū cœnaculū, ubi dīj cōpotant. Tū ubi curiam in qua consultant undiq; strauero, ac singula ita ut oportet cōposuero, Loui necessum est assistere, ac proferendis illius mandatis toto die sursum ac deorsum cursitare, msup cū redeo, puluerulētus adhuc, Ambroſiā apponere cogor. Porro priusq; nouitius iste po cilla

cillator aduenisset, ego nectar etiam ministrabam.

Quodq; est oīm indignissimū, soli oīm ne noctu quidem agere quietem licet, uerum id quoq; temporis ne cessē habeo defunctorum animas ad Plutonem deducere, manūm q; gregi me ducem præbere, tum autem & tribunalibus assistere. Neq; enim mihi sufficiebant scilicet diurna negocia, dū uersor in palestris, dū in concionibus preconis uices ago, dum oratores instruo, ni hæc quoq; provincia accedat, ut stimul etiā umbrarū res disponam. Atqui Ledæ filij alternis inter ipsos uicibus apud superos atq; inferos agitant, mihi necesse est quotidianus, tum hoc, tum illud pariter agere. Deinde duo illi Alcmena & Semele miseris prognati mulieribus, ociost in cōiuījs accumbunt, at ego Maia Atlantide progenitus illis ministro scilicet. Quin nūc cū recens Sidone à Cadmi filia reuersus essem. Nam ad hanc me legarat uisum qd ageret puella, priusq; respīrassem, & adhuc anhelum de uia rursum ad Argos emandauit uisurū, qui cū Danae ageretur, Rursum inde in Boeotia profectus inquit

C obiter

abiter Antiopeam iustito, adeo ut planè iam pariturū
me negarim, qd si mibi licuisset, lubens profecto fe-
cisse, id quod solent ij qui in terris duram seruient
seruitutē. MAIA. Missa fac ista gnate. Decet enim
per omnia morem gerere patri, cum sis iuuenis. At
nunc quo iussus es Argos contendere. Deinde in Boeo-
tiam, ne si cesseris fuerisq; lentior, plagas etiam au-
feras, Nam tracundi sunt qui amant.

Maia

¶ Maia Atlantis ex Pleione coniuge filia Ioui cōscubuit atq;
ex eo peperit Mercuriū, quē Juno prē cibis pellicū filijs ada-
mavit, ita vt Mercuriū mox natū suis vberibus lactauerit, sicq;
diuino lacte perfusus (licet ex mortali natus) immortalis tamē
effectus est, dictusq; est Mercurius deus facundiae, mercatorū,
palestræ, furū, nunciusq; & interpres deorū, galero tegis, alata
fert talaria, & virgā caduceā qua alas (vt scribit Vergilius)
Ille euocat orco pallentes, alias sub tristia tartara mittit.

**Protinus
Protenus**

Protinus per i aduerbum est temporale, id est, statim.

Protenus per e aduerbum locale, id est, porro tenus, au-
thor est Caper grāmaticus.

Cœnaculū.

Cœnaculū locus appellat vbi coenamus, vt author est Var-
to, sed postq; in superiori parte coenitare coeparent, superioris
domus vniuersa coenacula dicta sunt. Et coenatio locus in ima-
zediū parte ad coenā sumendā. Ambrosiam pro deorū cibo et
vnguento usurpat Poetæ, nec temere, qd ambrosios græce di-
citur immortalis. Martia. Iuppiter ambrosia satur est & ne-
flare viuit. i. de nectare. Apulei. in. 6. Tunc poculū ne staris qd
vinum deorum est. Et capitur eniam ambrosia pro herba quæ
alio nomine artemisia dicitur.

Ganimedes

Nomius pocillator i. Ganimedes, Fuit ante Ganimedes
Trois regis Dardanore filius, & ob admirandā pulchritudinē
a Ioue iu forma aquilæ raptus, quē Iuppiter pincernā suū fecit
amoia Hebe Iunonis filia, eo qd dū Ioui apud æthiopas comes
santi ministraret, cadens corporis sui obscena cibis supris
monstrauit.

Palestra

Palestra dicitur a nostris luctatio. Vergilius, Cor-
poraq; agresti nudant prædura palestra. Capitur etiam pro Palestræ
loco vbi exercebantur palestritæ. In concionibus, concio-
nem tria significare docet Aulus Gellius, locum Suggestumq;
vnde verba fierent. Item significare cœtum populi assidentis.
Item orationem ipsam quæ ad populum dicitur. In concio-
nibus, hoc est, in conuentu & congregatione multorum. Mer-
curius preconis vices agit, dum Louis & maiorum mandata po-
pulo ore nunciat. Ledæ filij Castor & Pollux. Cum Ca-
stor in pugna aduersus Athenienses cecidisset, Pollux suā im-
mortalitatē cum illo communicauit, & impeirauit à Ioue ut
alternatim viuerent. Vergi. in. 6. Si fratrem Pollux alterna
morte redemit. Duo illi Alcmena & c. id est, Hercules &
Bacchus. Nam Hercules fuit Louis Alcmenæ filius, Bacchus
vero Louis ex Semele Cadmi filia.

Sidon oppidum est Phœnicie regionis, & apud Sidonem Sidon
& Tyrum Cadmum cum Phœnico regnasse scribit Eusebi-
us. Cadmi filiæ quatuor fuere Semele, Agaue, Autone, &
Ino: cum Semele Iouem concubuisse vulgatum est.

Danae Acrij Argiutorū regis filia a patre in quadam tur. Danae
ri conclusa fuit, ob id quod in responsis habuit se manu eius
qui ex filia nasceretur moritum, ad hanc Iuppiter (cum alia
non pateret via) in aureum imbrem ex tegulis per impluvi-
um in gremium eius se cadere permisit, quæ ex eo cōpressu
Perseum genuit.

Argos nomen est vnius regiunculae in Græcia, vnde Grexi Argos
Argiui dicti sunt, fuit & nomen aliquot oppidorum Græciæ,
& est in singulari neutri generis, in plurali vero masculini.

Obiter adverbium & significat in transcurso transeunter,
& quod vulgo dicunt incidenter quasi præter propositum, di- Obiter
ctio composita ab ob & iter.

Antiopa Lyci thebarum regis vxor fuit Asopi filia, vel Antiopa
vt alij volunt, Nyctei, hanc Iuppiter in satyrum conuer-
sus grauidam fecit, quæ Zetum & Amphionem ex eo com-
presso peperit.

VE N E R I S & C V P I D I N I S V E N V S.

C 2 Cupido

Cupido gnate? uide quæ facis flagitia. Nō iam
de his loquor, que te impulsore mortales in
terra uel in se quisq; uel inuicē alij in alios faciunt,
uerū de his ago, quæ apud superos quoq; designas, q;
quidē Iouem ipsum cogis uarias assumere formas, in
quodcunq; tibi pro tempore uisum fuerit, eū uertens
Tum Lunam ē cœlo deuocas. Quin & Solem aliquo
ties cōpellis lentum apud Clymenē cessare aurigādī
muneris oblitum. Nam quicquid iniuria in me matrē
etiam cōmittis, audacter ac tanq; tuto facis. Verū tu
quidē ò deorum oīm confidentissime, R̄beam insuper
ipsam iā anū, præterea deorū tam multorū parens
tem, eo perpulisti, ut Pusionem admet, atq; in Pbry-
gium illū adolescentulum depereat, ac tua iā opera
insanit, iunctisq; leonibus, adhibitis itē Corybanti-
bus, quippe qui & ipsi furore quodā sint afflati, per
Idā montē sursum ac deorsum oberrat, ipsa quidē at
tis amore eiulans. Cæterum Corybantū aliis suum
ipse penem enī defecat, aliis demissa coma per mon-
tes fertur insanus, aliis cornu canit, aliis tympano
tonat

19

tonat, allus cymbalo perstrepit, breviter ois undiqua
q; Ida tumultus, atq; insanæ plena est. Proinde cun
cta timeo. Metuo ne tale quid accidat, quandoquidē
te produxi, malū īgēs, ut si quando resipiscat Rhea
uel pottus si pergat insanire, Corybantibus imperet,
ut te correptū discerpant, aut leonibus obīciāt. Hic
me sollicitat metus, q; uideā tibi periculū inuinere.
C. Ocioſo aīo eſto mater, ſiquidē leonibus etiā ipſis
iā familiaris ſum factus, ita ut ſe penumero cōſcen-
ſis eorū tergis, prebensaq; iuba, equitis ritu inſidens
illós agitē. At uero illi interim mihi caudis ad blandi-
untur, ac manū ori in ſertā receptāt, lambuntq; deim
de mihi reddūt innocuā. Porrò Rhea ipſi qñ tandem
uacauerit, ut me ulciscatur, quū in Atte ſit tota? Po-
ſtremo qd ego pecco, quū res pulbras, ut ſunt offero
ac demonstro: uos ne appetite res pulbras. Quare
bis de rebus ne in me crīmē cōferte. Num uis ipſa tu
mater, uti neq; tu poſthac Martē ames, neq; ille te?
VE. Ut es per uicax, et nulla in re non ſuperas. At
tamen horum que dixi aliquando memineris.

- Designo** Designare vetustissimo significatu est rem nouam facere in vtramq; partem & bonam & malā, sicuti docet Donatus, enarrans illud Terentij in A del. Nam illa quæ facta sunt om̄irto, modo quid designauit sores effregit. Varias formas. Nam Iuppiter impatientia amoris se vertit in taurum, in aquilam, in olorem, satyrum, amphitriōnem, aurum, ignem, pastorem, serpentinem, ut scribit Quidius in 6. metamor.
- Endymion** Endymion pastor fuit admodum formosus, cum in Lamio Carice monte aliquando obdormiisset a Luna deosculatus est, quæ in eius amorem exarserat, ita ut fratri bigas suas agrestandas dederit. Seneca in hippolyto. A risit obscuri dea clara mundi nocte deserta, nūtidosq; fratri tradidit currus aliter regendos &c.
- Clymene** Clymene fuit Oceani & Tethyos filia & quia forma præstabat Soli placuit, ex quo concepit Phaetonem & sorores eius. Aurigādi, id est, regendi currum. Aurigor, rego, moderator. Valla. Hectori aliquis fratrū fere aurigabatur currum.
- Rhea** Rhea quæ & Cybele & Berecyntia & Ops dicuntur, filia fuit Coeli, & Vestæ, & Saturni fratris sui conjunx, Haic potestate Louis & aliore plurim deorum matrem dixerunt, eisq; quadrigam a quatuor leonibus tractam assignauerunt, & capitū eius turritam coronam & sceptrum manibus addiderunt. Et cum incederet, sacerdotes dicti galii tympana tangentes et æra præcedebant, & Corybantes armati illam ambibant. Atys puer Phrygius adamatus a Rhea matre deorum, cum ei castitatem promisisset quā non seruavit, in furorem versus scipsum excastrauit.
- Pusio** Pusio dicitur proprie parvus puer. Cicero in oratione pro Celio. Pusio cum maiore sorore cubitauit. Veteres eundem Pusum, & Pusam puellam dixerunt, Capitur tamen saepè proferto masculo.
- Corybates** Corybantes sacerdotes sunt Cybeles, siue Rhei, qui in sacrificijs matris deorum armati saltantes casti & puri sunt assumti, Corybantes autem appellati quod inter saltandum capita faciunt.

DORIDIS ac GALATHEA D O R I S.

Formo

20

Formosum amantē Galathea, nēpe sicutū istum
pastorem, atq; amore tui deperire. GAL. Ne
ride Doris, etenim qualis qualis est, Neptuno patre
prognatus est. DO. Quid tum postea, si uel Ioue ipso
sit progenitus, quum usq; adeo agrestis atq; bispidus
appareat, quodq; est omnium deformissimum unocu-
lus? An uero credis genus illi quicq; profuturum ad
formam? GA. Ne isthuc quidem ipsum, quod bispi-
dus est atq; agrestis, ut tu uocas, illum deformat, quin
uirile magis est. Porro oculus media in fronte decet
etiam, quo quidem nihil segnius cernit quam si duo
forent. DORIS. Videris Galatea non amantem ha-
bere Polyphemum, sed illum potius adamare, sic cū
prædicas. GALA. Evidentia quidam isthuc facere uidentur, propterea
quod ille quum forte aliquando gregem pasceret su-
um, nosq; è littorali specula in littore ludentes cerne-
ret in prominentibus Aetnae pedibus qua uidelicet

inter montē & mare littus sese in longum porrigit,
uos ne aspicerit quidē, at ego oīm una uisa sum for-
mosissima, eoīq; in unam me cōiecerit oculum. Eares
uos male habet. Nam argumentū est, me forma pre-
stantiorē esse, ac digniorē, que amer, uos contra fa-
stiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuidendum
uidert. si primum pastori, deinde lusco formosa uisa
sis? quanq; quid aliud ille potuit in te probare pre-
ter candorē? is illi placet opinor quod caseo & lacti
assueverit, proinde quicquid bis sit simile, id protinus
pulchrū iudicat. Alioqui ubi libebit scire, qua si fa-
cie de scopulo quopiam in aquā si quando tranquilla
steterit despectans temetipsam contemplare, uidetis
aliud nihil nisi perpetuum candore, uerum is quādem
non probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iun-
xerit. GAL. At qui ego illa immodice candida, tam
etiusmodi babeo amantem, quam interim ē uobis nulla
sit quam uel pastor, uel nauta, uel portitor aliquis mi-
retur. Ceterū Polyphemus (ut alia ne dicā) etiam
canendi peritus est. DO. Tace o Galatea, audiutinus

illum canentem cum ruper pruriret in te, sed & san-
 eta Venus astinum rudere dixisses. Nam lyræ cor-
 pus simillimū erat ceruino capiti ossibus remudato,
 tū cornua perinde quasi cubiti prominebant. Is iun-
 Etis inductisq; fidibus ne sinui quidē admouēs agree-
 ste quiddam & absonū cantilabat, quū aliud interim
 ipse uoce caneret, aliud lyra succineret. Ita ut tempe-
 rare nobis nequiremus, quin rideremus amatoria īlo-
 lam canticōē. Nam Echo ne respondere quidem illi
 uoluit balanti, quū sit adeo garrula, imo puduisset si
 uisa fuisset stridulū illius & ridiculum cantū imita-
 ri. Ad hæc gestabat in ulnis amasius iste delicias su-
 as urſi catulum pilis hirtum ipsi non dissimilem, quis
 autē non inuidet tibi amicum istum Galatea. GA.

Quin tu igitur Dori tuū ipsius amicum nobis cōmon-
 stra qui meo sit formosior, quiq; doctius ac melius
 uel uoce canat, uel cythara. DOR. Mibi quidē nulo
 lus est amator, neq; me hoc noīe iacto, quasi sim uhe-
 uenter amabilis, uerū tamen istiusmodi amicū qualis
 est Polyphemus nempe totus hircū olens, tum crudis

*uictans carnibus, & hospites si qui appulerint der
uorans, tibi habeas, eumq; tu mutuum ames.*

Sicilia
Polyphemus

Doris

Opprobro

Specula
A Ethna

Prurio

Echo

Sicilia regio est fertilissima, olim Italæ coniuncta, nunc mari discreta: inde sicutus pastor dictus est. Polyphemus cyclops cui oculus duntaxat viuis in fronte quod in Sicilia palceret oues, de huins insustara magnitudine, crudelitate in hospites astupit Ulyssis quo eum cœcauit. Verg. in. 3. æne. & Quid. 14. Metamor. graphicè scripsérunt. Doris nymphæ est sea dea maris, Oceani & Tethyos filia, ponit pro aqua interdù veluti pleracq; nomina deorum dearumq; & inuentorum pro rebus vel inuentis vel quibus præsunt, vt Terentius: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hispidus propriæ setosus dicit horrorem tamen quandam denotat qui vel natura vel incuria accidit, Vnde Polyphemus apud Quidium in. 13. Barba virros hirtæq; decet in cor pore setæ. Et Diogenes interrogatus cur tam prolixam barbam nutritret, ut hanc tangens respondit meminerim me virum esse. Insulto præter alia significat cuiquam obijcere. Hinc opprobrium, ignominia, dedecus.

Specula locus est æditus & eminens unde procul liceat videre & speculari. A Ethna mons est Siciliæ perpetuo igne incensus, qui flamas, cinerem, & fauillas frequenter euomit. In hoc Cyclopes dicuntur Ioui fabricare fulmina. Iacere oculum in altum est amoris causa & benevolentie quempiam blande aspicere. Male habere quandoq; est vexare & torquere, interdum ægrum esse & morbo laborare. Immodice non modice sed multum. Candorem perpetuum, bene & convenienter expressit colorem eximie album, & Galathea dicit quasi lactis dea. Prurire propriæ est vni desiderio & appetitu confricandi sese. Pruritus talis naturæ appetitus: transsumitur hic, ut libidinem notet, qua homo lascivius in mulieris concupiscentiam ardescit. Echo dea est que clamantibus responderet. Physici vocant repercussionem soni ex obiectu latenter loci cauernosi aut concavii. Hircum olere est, fetere more hirci.

DIOGENIS & ALEXANDRI DIOGENES.

Quid

QVid hoc rei est Alexander? ita ne defun-
ctus es tu quoq; perinde atq; nos omnes?

ALEX. Vides nimurum Diogenes. Tametsi miran-
dum non est, si homo cum fuerim, defunctus sim.

DIO. Num ergo Iuppiter ille Hammon mentieba-
tur, cum se suum filium esse diceret, an uero tu Phi-
lippo patre prognatus eras? **ALEX.** Haud dubie
Philippo. Neq; enim obijssem, si Hammone parente
fuissem progenitus. **DIOGE.** Atqui de Olympiade
etiam consimilia quædam ferebantur, puta draconē
quendam cum ea fuisse congressum, uisumq; in cu-
biculo, ex eo grauidam peperisse te. Porro Philippū
errare, fallique, qui se tuum patrem esse crederet.

ALEXANDER. Inaudieram quidem & ipse ista
quemadmodum tu, at nunc uideo neq; matrem, neque
Hammonios illos uates sani quicquam aut ueri dis-
xisse. **DIOGENES.** Attamen istud illorum men-
daciūm Alexander ad res gerendas haud qua-
quam tibi fuit inutile, propterea quod uulgas te
uerebatur, metuebatque, quum deum esse crede-
ret.

ret. Sed dic mihi, cuinam tam ingens illud imperium moriens reliquisti? ALEX. Id equidem ignoro Dia genes. Celerius enim è uita submouebar, q̄ ut esset ocium de illo quicq̄ statuendi, præter id unū quod mortiens Perdicca annulū tradidi. Sed age quid rides Diogenes. DIO. Quid ni rideam. An non meministi quid Græci fecerint, quū nuper tibi arrepto imperio adularentur, principemq; ac ducē aduersus Barbaros deligerent? Nonnulli uero in duodecim deorum numerum referrent, ac phana constituerent, deniq; sacra facerent tanq̄ Draconis filio. Sed illud mihi dicio. Vbi te sepelierunt Macedones? ALEXA. Etiam dū in Babylone hæceo tertium iam diē. Porro Ptolomeus ille satelles meus, si quando detur ocium ab his rerum tumultibus qui nunc instant, pollicetur in Ægyptum deportaturum me, atq; inibi sepulturum quo uidelicet unus sicut ex dijs Ægyptijs. DIO. Non possum non ridere Alexander, qui quidē te videam etiam apud inferos desipientē, sferantemq; forc, ut aliquando uel anubis sis, uel Osiris. Quin tu s̄tis istas

istas omittis & diuinissime, neq; enim fas est reuerti
 quenq; qui semel palude transmiserit, atq; intra spe-
 cus hiatum descenderet. Propterea qd neq; indilio
 gens est Eacus, neq; contemnendus Cerberus. Verū
 illud abs te discere peruelim, quo feras animo, quo
 ties in mentem reddit, quanta felicitate apud superos
 relicta hac sis profectus, puta capitis custodibus, sa-
 tellitibus, ducibus, tum auri tanta ui, ad hoc populis
 qui te adorabant. Præterea Babylone Baetris, imma-
 nibus illis beluis, dignitate, gloria, deinde qd emine-
 bas consanguineus, dum uelareris, dum amiculo candido
 caput haberet reuinctum, dum purpura circumamictus
 essem? Nunquid hæc te discribit, quoties recursant
 animo? Quid lachrymas stulte. An nō id te sapiens
 ille docuit Aristoteles, ne res eas quæ à fortuna pro-
 ficiuntur stabiles ac firmas existimares. ALEX.
 Sapiens ille? quū sit assentatorū omnium perditissimus.
 Sine me solū Aristotelis facta scire, qd multa à me pe-
 tierit, quæ mihi scripsiterit, deinde quemadmodū abu-
 sus sit mea illa ambitione, qua cupiebam eruditione
 cæteris

ceteris præstare, quam mihi palparetur interim, ad
prædicaret me, nunc ob formam, tamq; et ipsa summa
boni pars quedam esset, nunc ob res gestas atq; opes
Nā has quoq; in bonorū numero collocadas esse cen-
sebat, ne sibi uitio uerteretur, q; eas acciperet. Plane
præstigiosus uir ille quidē erat ac fraudulētus ô Di-
ogenes, quaq; illud fructus scilicet ex illius sapientia
fero, q; nunc ponde quasi summis de bonis excrucior
ob ista quæ tu paulo ante cōmemorasti. DIO. At scin-
quid facies? Ostendā tibi molestia īstius remedium.
Quandoquidē his in locis ueratrū non prouenit, fac
ut Læthbi fluminis aquā audis faucibus attrahēs bi-
bas, iterumq; ac sēpius bibas. Atq; eo pacto desines
de bonis illis Aristotelicis discruicari. Verum enim
Clitum etiā illum, & Calisthenen uideo, cumq; his
alios cōpluris raptim buc se ferentes, quo te disser-
pant, pœnasq; sumant ob ea quæ quondam ī illos cō-
missisti, quare fac ī alteram hanc ripam te confras
& crebrius (ut dixi) bibas.

Hannib

Hammos græce arena. Hammon arenarius, Epitheton Iouis, Hammos uis, qd Iuppiter colebat in loco arenoso & extenso Lybie, quomodo à pollo Clarius est dictus, qd colere fit in insula Cato. Olympias regina Macedoniz mater Alexadri. Alter Olympias, tēpus quinqꝫ annoꝫ apud Græcos, sicut apud Larinos Lustru spaciū est quinqꝫ annoꝫ. Errare est verū pro falso, aut pro falso verū, aut certū pro incerto assuerare, falli, decipi. Ham Erromonij vates, sacerdotes, prophetæ Iouis Hāmonis. Perdicavnus ex ducibus Alexandri. Babylon vrbis Caldeæ ingens Babylon & ampla, a turre Babel, qnō confusione notat, etenim cūmica esset lingua, & hōs turrim vsc sydera ædificare statuerent, Deus lingua eorū confudit, impietateqꝫ pluralitate ide omatum plexit. In duodecim deorū, duodecim dij erant selecti qꝫ maiores gentiū dij dicebanꝫ, Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Ve. Dij maiornus, Diana, Iuppiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, res.

Apollo. A Egyptus regio Lybie vbi perpetua est serenitatis, A Egyptus tas, atqꝫ ea causa Nilus fluuius illā singulis annis irrigat, Propter magnitudine inundationis eius, aut caristia est, aut vilitas annorum. Dij ægypti idola in ægypto culta, quæ plurima erat.

Anubis Mercurius in forma canis ab ægyptijs veneratus. Alij filium Osridis quod canem insigne gestaret, sub canis imagine cultum dicunt.

Osiris rex ægypti, tandem in deos relatus cū vxore sua Iside Osiris colit sub imagine bouis, quē Apincus Serapin appellat, propter ea quod ab vxore post cædē eius a fratre facta quæstus, et suētus laceratus, ibidem postea repertus bos creditus sit fuisse Osiris. Palus hic est aqua stagnalis apud inferos, de qua Vergilius in. 6. æneidos. Bacus vñus inferorum iudex. Tres enim Bacus dicunt esse, Rhadamanthus, Minos, Eacus, oēs reges Cretenses, & ob iustitiā filij Iouis dicti, ob severitatem autē apud inferos iudices existimati. Baetra regio Scithiarum, ultra Aſtryā nomē quoqꝫ vrbis quæ caput regionis est. Baetri qui & Baetriani populus loci illius, & declinat Baetra tantū pluraliter.

Amiculū, redimiiculū, vitra quā teniam vocat. Aristoteles summus philosophus, Alexandriae præceptor. Palpari, adulari, assentari. Præstigiosus vir fascinator, versipellis. Veratrum, helleborus herba qua melancholia purgatur, ac mēris sanitas conciliatur. Lethe flumen inferorum, quod qui gustat, Lethe oīm rerū obliuiscit. Clitus nutritus Alexandri filius, dux eius fidissimus, qd Alexandru pugnante ab istu letali se se obiciēs defendit. Sed tandem ab ebrio Alexandro quod liberius patris Philippi res gestas extulisset interemptus. Calistenes philosophus Alexandru in Indiam sequutus & ab eo truncatus natus, manus, aures, mōste feræ in cauea reclusus fuit, quod ipsum non adoraret & adorantes barbaros irrideret.

Menip

Menippi & Chironis. ME.

EQuidē inaudiu Chiron te deus quā es, tam
men optasse mortē. CH. Vera nimirū sunt ista quae
audisti Menippe, planeq; mortuus sum, sicuti uides,
quū mīhi licuerit immortalem esse. ME. At quenam
te mortis cupido tenebat, rei uidelicet, quam uulgas
borreat. CHI. Dicam apud te, uirū neutiquam stu-
tum atq; imperitū. Iam mīhi desierat esse iucundum
immortalitate frui. ME. Quid? an iniucundum erat
te uiuere, lucemq; tueri? CHI. Erat inquam Menip-
pe. Nam quod iucundum uocant, id ego neutiq; sim-
plex, sed uarium quiddam esse arbitror. Verū quum
ego semper uiuerem, atq; ijsdem perpetuo rebus ute-
rer, sole, luce, cibo, tum bore & eadem recurrerent, re-
liqua item omnia, quæcunq; contingunt in uita, reci-
proco quodam orbe redirent, atq; alijs alia per uices
succederent, satietas uidelicet corū me cepit. Nēq;
enim in eo uoluptas est sita, si perpetuo fruaris ijsdē,
sed oīno in permuto posita est. ME. Probe loque-
ris Chiron. Cæterum hæc quæ apud inferos agitur
uita

28

vita, quinam tibi procedit, posteaq; ad hanc tanq; ad
potiorē te contulisti? CHI. Haud insuauiter Menip
pe. Siquidē æqualitas ipsa quiddam habet admodū po
pulare. Nihil autē interest, utrū in luce qs agat, an
in tenebris. Præterea neq; sitiendū est nobis quemad
modū apud superos neq; esuriendū, sed eiusmodi re
trū oīm egētia uacamus. ME. Vide Chiron ne temet
ipse inuoluas, neue eodē tibi recidat oratio. Ch. Quā
obrē isthuc ais? ME. Nēpe si illud tibi fastidio fuit,
cp in uita sp ijsdē similibusq; rebus utendū erat, quī
hic itidē similia sint omnia, eundē ad modum parient
fastidium. At de integro tibi querenda erit uit & cō
mutatio, atq; hinc quopiam aliam in uitam demigran
dum, id quod arbitror fieri non posse. CH. Quid igit
tur faciendum Menippe? ME. Illud nimirū uti sa
picens quū sis, quemadmodū opinor, & uulgo prædi
cant præsentibus rebus sis contentus, neq; quicquam
in his esse putas, quod fieri non queat.

¶ Chiron ētaurus Saturni & Philyrē filius oēs sui tpis bo- Chiron.
nitate & iustitia supauit, argonautarē cū qbus nauigavit iudex
& medīcus Esculapiū & Achillē medicinā docuit, quā et vir
utes herbarū innuenit in mōte Pelio cū hospitis Herculis fa-

Cupido

glitas hidre sanguine tintas qibus immania centaurorū corpora
rapstrauerat admirab̄dus tractaret,vna manibus delapsa,atq;
in pedē decidēs mire eū afflxit, sed decorū miseratione posse no
nē dies in astra translatus est. Cupido desideriū & cupiditas
aliquā deus amoris Veneris filius. Tueri videre, conspicere.

Recurvere, redire. Reciproci, reflexū, repetitum. Orbis
circulus circulatio. Satietas, saturitas. Quinā quomodo, quo
paſto. Porior, meior. Persi. Quis potior iudex puerisue quis
aptior orbis. Egentia, carentia. Temet, te ipsum. Fastidiū
nausea & quasi contemptus cū fastu. De integrō rursum, iterū,
ab initio. Demigrare mutare domicilium.

Menippi & Cerberi. ME.

Heus Cerbere, quandoquidē mihi tecū cognac
tio quedā intercedit, quū & ipse sim canis, dic mihi
per stygiam paludē, quomodo sese habebat Socrates
quū buc accederet? Verissimile est aut te, deus quū sis
nō latrare modo, uerum etiam humano more loqui, si
quādo uelis. CER. Quū procul adhuc abesset Menip
pe, uisus est constanti atq; interrito adire uultu, per
inde quasi mortem nihil omnino formidaret, ac tanq;
hoc ipsum uellet ijs q; procul à specie ingressu stabat
ostendere, uerū simul atq; despedixit in hiatum, uidelicet
profundū atq; atrū antri recessum, simulq; ego cum
stantē etiā illū aconito mordēs pede correptū detra
herē, infantiū ritu eiulabat, suosq; deplorabat liberos
mibilq; non faciebat, in oēm specie sese convertens.

ME.

ME. Num igitur fucate sapiens erat ille, neq; uere morte contemnebat? CER. Haud uere. Cæterū ubi uidit id esse necesse, audaciā quandā p̄c se ferebat, quasi uero uolens id esset passurus, quod alioqui uolenti nolenti tamen omnino fuerat ferendū, uidelicet quo spectatoribus esset miraculo. E quidē illud in totum de uiris istiusmodi uere possim dicere, ad fauces usq; specus intrepidi sunt ac fortes, porro intus quū sunt, nihil mollitus neq; fractius. ME. Cæterum ego quonam animo tibi uisus sum subiisse specū? CER. Vnus mortalium Menippe, sic mihi uisus es subine, ut tuo dignum erat genere, & prior te Diogenes, propterea qd neutiq; adacti subieritis, aut intruſi. Verū tū ultronei, tū ridētes, atq; oībus plorare renunciātes.

¶ Styx inferna dic iſ palus p̄ quā dij iurāt, neq; timore poenę Styx. audēt peierare, priuabant enī ad tēpus q̄ peierassent diuinitate quod ei ideo cōcessum singūl̄ poetæ, q̄a victoria eius filia Iōui aduersus gigātes pugnant̄ fauerit. Socrates philosophus Atheniensis & Apollinis iudicio sapientissimus. Hic primus moralitā docuit tantq; in oī vita constāt̄, vt nullo tēpore aut tristior, aut lætior uisus sit, neq; cū cūcū moriturus biberet, q̄ cū vxorē duceret. Formidare, metue, timere, A conitum venēū. Liberi, filij ingenui. Fucate, siccē, simulate. Tuo Formido genere, tua secta, tua professione. Ultronei, volētes, nō coa. Accenitum. At. Hieron. in questionibus Hebraicis tritum prouerbii est. Fucate. ultroneas putere mērces.

F I N I S.

D 2

LEVINVS LINIVS SCHOLÆ
Middelburgensis rectoris ad studi
osam iuuentutem.

H Vc ades ô studiose puer, studiosa iuuentus
Huc ades, būc bilari plege fronte librū.
Nulla citheriaco polluta est pagina amore:
Quim soror hoc plcbi casta probabit opus.
Nec cynicos memorat, caperata aut fronte Catones.
Aut aliud si quid ruga senilis amet,
Sed gratas pueris Charitesq; salesq; iocosq;
Et quicquid lepidi est, iste libellus habet.
Attica siue Venus iuuat, aut œnotria lingua,
Hanc habet atq; illam tantulus iste liber.
Meonide aut Pelio multo est facundior author,
Sed uetat impariles nomen intre modos.
Non minor interpres succedit diuite uena
Vatibus ausonijs unus Erasmus honor.
Nempe hic siue pedum certa siue lege uagatur
• Pulchrum mellifluo Marcus ut ore sonat.
Siue pedes strictim numeroso calce coœrcet
Nasonem præstat, Vergiliu[m]q; refert.
Quælibet (inuidas) uel tam superstite Plauto
Velle Erasmiacomusa lepore loqui.
Huc ades ergo puer Latij studiose leporis,
Huc ades, būc bilari perlege fronte librū.

ADRIANI LVCAE GYMNASII
Castrensis Antwerp. rectoris ad puerum
politioris literaturæ cupidum,
Endecasyllabon.

Castæ rumpe moras puer Minerue
Quem linguae ausoniæ tenet libido
Adsum, huc propera, hunc capesse librum
Dextra præcipiti, & reuolute sepe,
Qui non barbarie scatet nocuus.
Nec de Vandalico solo est profectus,
Verum est eloquij nitens lepore
Romani, salibus meris refertus.
Est & scommatibus iocisq; abundans.
Prauus mordicus inuehens in artes,
Et mores hominum, simul deorum
Irridens miserum chorum ethnicorum
Vir doctissimus undecunque Erasmus
Princeps eloquij utriusque lingue
Fecit parue puelle Luctanum
Arguum, Latij loqui cancentis.

¶ Sequitur Tabula.

T A B V L A

	Disteria	7
Achilles	5 Dijmaiores	24
Aconitum	26 Doris	21
Ægyptus	24	
Æstina	21 Bacus	24
Alioquit	5 Echo	21
Apollo	15 Ægyptus	23
Antiope	18 Equales	9
Anubis	24 Erro	24
Argos	18 Endimion	19
At	3	
B	Formido	26
Babylon	24 Fucate	codem
Bafra	24	
Boetia	6 Ganimedes	17
Briareus	16	
C	Hammes	24
Caluaria	5 Hamus	2
Calisthenes	2 Halicarnassus	12
Caria	11 Hecate	7
Car	codem Hinnulus	2
Charon	7 Hispidus	22
Chaldea	9 Homerus	10
Chenix	codem	
Chyron	25 Iapix	9
Chio	10 Ponia	12
Chios	13 Iuppiter	25
Clitus	24	
Clymene	19 Leda	
Codrus	13 Lebadia	6
Cœnaculum	27 Lethe	24
Compendiarius	3 Lydia	4
Conbrini	9 Lupinus	9
Corina	26	
Corinthus	9 Mars	16
Corybantes	19 Maia	17
Cupido	15 & 25 Manes	4
D	Manumittere	3
Danae	18 Minetua	15
Danaus	6 Muccus	13
Deligere	5 Musæ	19
Demereor	13	
Designo	19 Narcissus	5
Diversum	4 Naulum	7

T A B U L A

	Nireus	10	Rhea	19
	O		Rimosi	9
	Obiter	18	S	
	Offa	6	Sentia	7
	Olympias	24	Sicilia	21
	Opprobrium	21	Stcula mensa	13
	Orbus	3	Sicyon	9
	Osiris	24	Sidon	18
	P		Sinope	22
	Palestra	19	Somnium	10
	Parasitus	3	Specula	21
	Perditus	13	Styx	26
	Phanum	6	Superclivium	15
	Phaon	13	T	
	Pharetra	15	Tametsi	15
	Phryx	13	Tantalus	4
	Pythus	9	Tartarus	15
	Pocillator	3	Techna	2
	Polyphemus	21	Temere	15
	Portitor	9	Thersites	10
	Præter	2	Tithonus	3
	Promptu	3	Traiechum	7
	Præstigiatura	6	Triphonium antrum	6
	Procax	14	Trutina	9
	Pronus	4	Tyro	5
	Protinus	17	V	
	Protenus	17	Vector	7
	Pusio	19	Veratrum	4
	Prurio	21	Vela	codess
	R			
	Recens	5	Finis Tabulæ.	

Ioannes Grapheus excudebat, Antuerpiae
Anno. M. D. XXVII.
Mense Octobr.



Η ἀγάπη τῶν τα σέγιστων.